



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Badano sene. Cap[itulum]. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sc̄tis quorū cer. dies cele. igno. Fo. cccij.

ebum ⁊ pro suo pergere imperio oraturum respondit. Quē impator redarguit: eo q̄ dōm̄ more monachi stare deberet. Ille autē p̄ ouibus r̄pi liberandis se egressum dixit. Lubicularius autē cesaris sancto viro mortē comminatus est: eo q̄ principi nimis superbe loqueretur. Et dum inde recedens imperatori balneum pararet: subito mente alienatus furibūsus in aquā feruentē se iniecit: ⁊ ibi extinctus: multis hereticis ad veritatē fidei catholicē redeundi exemplum dereliquit.

De sancta Surra abbatissa. Cap. rlii.

Surra abbatissa claruit in scythi tpe theodosij senio: is: que. r. in. annis a spiritu fornicationis impugnata fortissime exorabat dominum

nō vt pugna recederet: s; vt sibi fortitudo daretur. Cui tandem super lectulū iacenti spiritus immundus apparuit: dicens se ab ea victum fuisse: illa vō non se: sed christum illum vicisse respondit. Hec supra alieus fluminis s; annis habitauit: ⁊ nūq̄ inclinata est vt flumen aspiceret: ne forte ex tali visione delectationem assumeret. Hec in vitis patrum.

De sc̄ta Synclitice abbatissa. Cap. rliij.

Synclitice abbatissa vnde fuerit vel vbi in deserto locū pro sua habitatione habuerit nūq̄ reperitur. Induratur tamen q̄ in deserto vbi

tunc monachi egypti vt plurimū habitare cōsueuerant. Quod autē vite probatissime fuerit: ex multis dictis eius ⁊ auctoritatibus: q̄ in vitis patrum in exemplum leguntur: satis colligi potest.

De sancta tabita virgine. Cap. rliiij.

Tabita virgona fuit ex sororib; de gentibus i mo nasterio illo

grandi thebaidis: quod belias abbas perfecit: in quo ⁊ trecentas feminas congregauit: de quo supra actus est tertio idus se ptembriis. Hec autem in ipso cenobio deuotissima fuit: ⁊ in tantū humilis: q̄ ab omnibus despiciebatur: ⁊ quasi insana reputabatur. coquinq; opera ⁊ alia quoq; vilia officia ei imponebant: que illa fideliter ad ministrans: nec cuz aliis ad mensas sedebat. Cui etiā sorores multa cōiuitia inferebant: illaq; omnia patientia munita tolerabat. An gelus autem domini sancto piterio abbati in heremo dudum conuersanti apparuit: euq;

admonuit: vt ad dictam sororem visitandā accederet: eo q̄ ipsa illū meritis excederet. Ille autem veniens: dum singulas vidisset: nec eam quam querebat cernebat. Interrogat sorores: an alia superesset: ille vō vnā insanam ⁊ amentē superesse dicunt. Qua adducta sanctus vir pedibus eius aduolutus ei ac ceteris per angelum reuelata narrauit. Tūc omnes moniales ad pedes tabite prociētes de illatis iniuriis venima postulabant. Idō quibus tam ipsa virgo q̄ sanctus abbas orauerunt. Hanc postmodum elapsis diebus virgo ex tali facto inanem gloriā fugiens: cenobium latenter egressa solitudinem petiit: ⁊ quo fine diem clausit adhuc ignoratur. Hec heraclides in paradiso.

De sancto phyllorhonio presbytero. Cap. rliij.



Phyllor

rhonius presbyter de regione galatie imperate iuliano seculo renūciavit.

A quo sibi caluicie facta durissime verberibus attritus ac dimissus est: qui mox ad heremū properans ⁊ cum fornicatione ⁊ ingluuine maximam primo habuit pugnam: quam tandem summa abstinentia ⁊ penitentia superauit. Nam per annos. xv. in quadam cella se clausum ferro onerauit: ⁊ nec panem nec coctum dicto tempore aliquando comedit. Super hec ⁊. xxx. annis nullo pomorum genere vsus fuit. Deinde postq̄ spiritualia certamina vicerat: cum spiritibus etiam visibilibus ⁊ corporaliter p̄ annos. xl. luctam habuit. Preterea metu mortis per annos. vi. intra sepulchra mortuorum se inclusit: vt sic demonem quem ex mortuorum memoria metuerat ex eorū aspectu continuo superaret. Ipse de labore manuum suarum. cel. solidos elephantios prestavit: ⁊ rosam: hierosolimam: ⁊ alexandriam: ac plura alia loca sacra peregrinationis gratia p̄desse visitauit. In morte protestatus est: se nūq̄ ex sensibus suis a deo fuisse superatū. Hec heraclides vbi supra.

De sancto Hadano sene. Cap. l.

Hadanus sene iordanem semper sine tecto sub diuo habitabat. Contra hunc iudei quidā emuli venientes inuidia furibundi ⁊ armati: dū vnus illorū euz ferire veller: dextera quam erexerat: subito aruit: ⁊ ex eius digitis gladius exiit. Hec vbi supra.

De sancta Silua virgine. Cap. li.